

XI. VERONA PER VELDIDENAM AVGVSTAM VINDELICORVM.

Viae qua Verona per Tridentum pergitur in Raetiam partem Transalpinam enarravimus in tertio volumine p. 735; superest pars Cisalpina a Matreio (Matrey) Veronam. Mansiones itinerariorum hae sunt:

PEUTINGERANUM:

Verona
| XVIII
Vennum (cf. p. 398)
| XXIII
Sarnis (cf. p. 398)
| XX
Tredente
| XL
Ponte Drusi (cf. p. 937)
| XIII
Sublabione (cf. p. 542)
| XXXV
Vepiteno (cf. p. 542)
| XX
Matreio
| XVIII
Vetorina (scr. Veldidena)

ANTONINIANUM p. 275:

Verona
| XXXVI
ad Palatium (cf. p. 398)
| XXIII
Tridento
| XXIII
Endidae
| XXIII
Sublavione
| XXXII
Vipiteno
| XXXVI
Veldidena

Quae sequuntur reperies, ut dixi, in vol. III p. 735 (cf. p. 707). Milia computari a Verona, quatenus ager Veronensis pervenit, consentaneum est, id quod pervenit ad cippos III Diocletiani n. 8047 et VIII Constantini I n. 8048, qui praeterea alteram numerationem habet ductam, ni fallor, a Pado (vide ibi adnotata). In valle Athesis superiore duo cippi parum tamen certae lectionis n. 8050 Alensis et n. 8052 Aviensis numeros habentes XXV/// et XXIX recte respondent Tridento, cuius perticam ad fauces usque infra Alam sitas pervenisse, ut non certum (cf. p. 398), ita probabile est. Sed cippi duo alii n. 8051 Alensis et n. 8053 Volanensis cum numeros habeant XXXVII et LVI, milia numerant a Verona (cf. p. 934). In parte autem Transalpina milia numerantur ab Augusta Vindellicorum ad fines Raetiae et Italiae.

8047 in vico S. Petri Incariani in villa Mongae.

IMP · CAES · C · VAL · DIOCLETIANVS
P · F · INVICT · AVG ET
IMP · CAES · M · AVR · VAL · MAXIMIANVS
P · F · INVICT · AVG ET
5 FLAVIVS VAL *constantius* et
gal. ual. maximianus
NOBB · CAES;
M P
IIII

Descripsi.

8048 columna miliaria. In agro Veronensi in ecclesia S. Petri de Cariano ANTIQVI, item SARAYNA; iam Veronae in museo philharmonico.

D · N · CONSTANTINO
MAXIMO SEMPER AVG
VIII
A P
5 XXXX

Contuli. Habet Antiquus, scilicet Felicianus n. 110; Marcanova Mut. f. 125' agri n. 22; Ferrarinus f. 23 (inde, scilicet ex schedis Farnesiis, Mur. 463, 4); Redianus f. 66' n. 63 (inde Gud. 95, 4); cod. Gud. 253 f. 19'; Gammarus f. 131; Lilius f. 41; Sanutus f. 75; Sarayna Lat. f. 49', Ital. f. 67'; Carotus f. F; Panvinius p. 226 et in tabula ad p. 100 (ex Sarayna et Panvinianis Grut. 159, 3); hi omnes eodem exemplo. Denuo ex lapide Maffei Ver. p. 205 inscr. n. 55, M. V. 104, 4 (inde Mur. 463, 2); Siauve *iscr. di Muciano* p. 51.

Placet huius tituli variam lectionem potiore referre, ut de auctoribus Veronensium exemplariumque propagine constet. — Antiquum exemplum (cuius veram versuum divisionem soli servarunt Gudianus 253 et Gammarus) sic exhibetur apud Gudianum et Redianum, qui soli (cum Alciatinis) ab interpolatione abstinerunt: D·N·CONSTANTINO (CONTANTINO Red.) | MAXIMVS ET | VIII·P | XXXX. Inde fecerunt CONSTANTINVS (CONSTANTINVS Gamm.) MAXIMVS (omisso vocabulo ET) Gamm. Lil. Sarayna; CONSTANTINO-MAXIM (item omisso ET) Felic. Marcan. Ferrarin. Sanut.; praeterea IMP ante VIII adiecit in tabula Panvinius. Ne Maffei quidem ab interpolatione abstinuit sic edens: CONSTANTINVS MAXIMVS IMPER...; recte legit unus Siauve.

Clausula tituli quid significet, parum constat; crediderim tamen legendum esse (a Verona m. p.) VIII, a Pado m. p.) XXXX, scilicet a traiectu apud Hostiliam. Ita cum significetur a Verona Hostiliam numerari m. p. XXXI, id iter in itinerariis computatur m. p. modo XXX modo XXXIV (v. p. 328).

8049 Volargnis.

IMPP · AVGG · DD · NN
magno MAXIMO · ET
fl. uictori PERPETVIS
principibVS

Panvinius p. 226, a quo videtur sumpsisse Alecchius cod. bibl. capit. Veron. n. 306. Cf. n. 8033, quae fortasse eadem est.